

Atq; hac predicta fundatio Civitatis anno circiter 1105 facta, sicut liquet ex tradit. Curiae. d. lib. 1. C. 4. ut adeo quod Vir alius Clariss. Dn. Corv. Sam. Schurtzfleisch in Difert. quam inscripsit Res Prusorum §. 22. tradit, Epocham veram urbis Dantiscanae esse ab anno 1343, non meretur assensum. Nec juvat ratio ab ipso adducta, quasi eo tempore Urbs hac muris cincta sit, cum Urbs esse queat, etiamsi muris non sit cincta, novum etiam hoc sit Epocham urbis incipere ab eo tempore, quo mura cingitur.

Divisa autem olim fuit Civitas hac in alta et Jung Stadt, hodie, post hanc dirutam, in die alta und rechte Stadt. Illa uti dictum, a. circiter 1105 edificata, quamvis tractu temporis plurimum eidem accessit, suamq; specialem Jurisdictionem et Magistratum seorsivum habuit, quod postea mutatum, ac Jurisdictio Veteris Civitatis Primaria Civitati subordinata, et ex duobus unus Magister factus est, de quo infra suo loco.

Primaria Civitas a Crucigeris, veterem Civitatem ipsis Nundinis, s. Dominicis per predicationem occupantibus, et novam Coloniam ex illa deducantibus ipso eo in loco, quo nunc sita, a. 1311. fundata s. cuius fundationis Privilegium a Godofredo von der Linde tunc temporis Comendatore subscriptum est, statimq; inter Maiores Prusie Civitates relata est. Unde et primaria Civitas, non nova, et postea a D. Sigismundo 1.º in Statutis de a. 1526 Principalis s. Capitalis Civitas, die Haupt-Stadt vocata, pro cuius membro antiqua Civitas habetur.